Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

20) Anonymus Passaviensis apud Surium ad 4 Aug.

21) Idem. Dictus Valentinus permultos in fide Catholica confirmasse; ~~non institisse~~; ut videas ut adeo non ~~apud Teriolos, sed ~~ inter quos non Teriolis solam et Majenses, sed et alii populi circum vicini censendi. His perfunctus laboribus delegit vitam solitariam, id est, monasticam: anachoreticam, an cœnobiticam? Radenus in Bav. Sancta vol. I. Sanctum hunc in silva et casa eremitica, habitique Anachoretæ indutum exhibet in insigni imagine: cui sequentes versus subscripsit.

Anonymus Passaviensis, ~~in~~ ubi in Ms. Suriano dicitur, S. Valentinum construxisse monumentum, in Ms. Gamansiano habet monasterium.

Jura Valentinum tutantur, et oppida pellunt,
Fas regnat ruri, regnat in urbe nefas.
Apes et populi profugos texere cavernis,
Et sua proscriptis lustra dedere fera.
Horribiles illos non oblesere dracones,
Atque pedes sæva procubuere tigres.
Flamma pios venerata fuit, pontusque peperci:
Sævius est aliquid fluctibus, igne, feris?

Koschmannus Valent. Ms. p. I, c. 23, Valentinum nec Anachoretam fuisse contendit, nec Cœnobitam; sed solummodo interdum a cura pastorali ad recolligendum spiritum & per breve tempus ~~vis~~ locum solitarium secessisse: nititur autem ~~ex~~ voce, qua Sanctus brevi obituru discipulos suos est allocutus. Reschius autem Vitam solitariam explicat cœnobiticam, non tamen monasticam S. Benedicti; quippe Benedictus patria Nursinus, primus in Occidente Monachorum Patriarcha primum an. 434 sublimioris vitæ fundamenta jecit. -- Demum non nego, ad Majas Monasterium fuisse etiam sub regula S. Benedicti tempore S. Corbiniani an. 724; ævo Valentini fuisse, pernego. et Annot. 56: Fratres Valentini non dicuntur Monachi, sed Commilitones. Vocabula militare Deo, commilito etc. non tam Monachis, quam Cœnobitis et Clericis, uti olim Canonicis vitam solitariam et victum communem habentibus, propria fuere. Hansizius in Metr. Laureac. Constans traditio est, Valentinum ad alpes Majas ædificasse basilicam cum monasterio fratrum, quos sibi aggregaverat ~~ad~~ veluti operas ad opus Apostolicum tanto uberius exercendum: de quo monasterio dubium nullum est. Lis hac videtur esse de nomine. Commilitones Dei militantes sunt certe non tantum Clerici, sed etiam Monachi. S. P. Benedictus in Reg. prol. Ad te ergo nunc meus sermo dirigitur, quisquis abrenuntians propriis voluntatibus Domino Christo vero Regi militaturus, obedientiæ fortissima atque præclara arma assumis.

Comilitones

Lec. V. Annot. 54.

ait,